notant, quasi vel qd sumus auīdi ad amplas p̄motiōes,  
vel duri, & tenaces in retinēdis & cumulādis pecunij̄,  
erogationē admodum tenuē, vel nullā exercentes in op-  
era pietatis. Proh pudor q̄ callidi notamur in cōtracti-  
bus, q̄tum sumus emptioni dediti studiose, & lucrosis  
venditionibus. H̄i agros conducūt, & vberiora pascua,

Avaritia

p̄missio

O

Ignis e stramen, inoxa posita  
arile adiunctum

ut brutorum armata, & osuū greges pascant pinguisus, nō cogitantes, nec curantes de pascuū, vel p̄priarū animarū. Per istos p̄phanaū, & contaminat honor sancti sacerdotij. Quarto Christo docēte caueam⁹ ne corda nostra crāpula grauent̄, & ebrietate, & ppter hoc potatorū ingurgitationē, & tabernarū sodalitatē fugiamus. Nam nihil turpius crapulento, & ebrioso clero.

Gula &  
ebrietas.

Contra ocium & desidiam.

Postremo valde vigilandū nobis est, ne tota vita nostra languens & desidiosa appareat, torpore & vanitate plenissima. Vbi ab assidua venatiōe, ab aucupio, a ludis theatralibus, a turpi lucri ludis, ab id genus leuisibus nūgis, a cōsuetudine nimia & sodalitate laicorū, & talibus multū deterremur, ut palam fiat nos aliū cibum habere manducare, ut faciamus eius p̄cipue voluntatē quin nos misit, & admisit ut ei potissime placeam⁹, cui per sacros ordines nos probauimus, & iure dedicauimus.

De studio literarum contra ocium.

Vertamur ergo ad studium, lectionem, & contemplationem sanctarū scripturarum, contra hunc indignum torporem, & fastidiosam desidiā, ne concessa nobis tempora infructuose, & inutiliter consumamus. Esto q̄ horarum canonicaū pensum debitum, & missarum inter nos sacrificiū quotidie deo etiam debitis horis immolemus. Esto etiā q̄ in choro (vt magis decorū est) psallendo, & canendo, deuotam, & conuenientē temporis modram ad medianam usq̄ diem protrahamus.

De solacijs sacerdotium honestis.

Non tamē ex his putemus nos sancto sacerdotio nostro satissimis, nisi per id quod residuum est dierū, & noctium languida, & turpem desidiā quibusdam sanctis operibus a nobis fugauerimus. Constringimur (fateor)

corporis necessitate, quæ inter clericos seruari debet cl  
bi, potus & somnus temperantia. Modesta solatia nobis  
permittuntur, sed ea melius, & iucundius inuidē perficie  
mus sermone sancto, & verbis ædificatorijs. Interdum  
ad preces, & deuotā conuertamur meditationē. Præcis  
pum autē contra inertem torporē præstat remediū les  
ctio assidua, & reuolutio librorū legis dei, & scriptura  
rum, quos ante nos sancti patres, & doctores ediderūt.  
In quorū opusculis iam per impressionē abundantibus  
possunt vel mediocriter eruditī, variū & iucundū collis  
gere solatiū. Ad veram sacerdotij artem tale pertinet stu  
dium. Et vt manualis artifex præter opellā exteriorem  
merciū, habet interiorem officinā sui operis, in qua nisi  
per varios dies diligenter operet, non facile per artē lus  
crabitur vitæ necessaria, sic nos præter dei tēpla & sacel  
la, in quibus orantes quotidie & psallētes, quasi merces  
exponim⁹ viatoribus, exercere debemus officinā studij  
interiore sacra lectione, & eruditione, vt ditescamus in  
doctrina, ne vitæ æternę nobis desint necessaria. Ociosi  
em ab huiusmodi opere fructuoso nō facile vitabimus  
spiritualē inopiam, nec aliunde habere possimus, vnde  
verbōrū dei sanctam consolationē populo exponemus.  
Quare fratres charissimi, tunc putemus iustos nos esse  
sacerdotes, si nobis solatio, si cōsolationi & gaudio fue  
rit tale continuū studium sanctarū scripturarum. Hacte  
nus contra desidiam, nam de radice vitiorum superbia, &  
eius nequissima comite inuidia tacuimus, q̄ per veram  
humilitatē, quam initio sermonis cōmendauimus, vtrū  
q̄ vitium confidimus extirpandū. Mementote autē nos  
vobis ordinandis hæc scripsisse omnia, respicientes tan  
tum ad debitum honorem, & sanctam contemplationē  
corporis Christi veri, id est sacrosanctæ eucharistie cor

C. ij. imgo

De Chri-  
sti corpo-  
re & o  
mystico.

poris, & sanguinis domini nostri Iesu Christi quotidie  
in altari a vobis immolandis, q̄ si de corpore Christi my-  
stico, id est toto populo christiano, super quo etiam vo-  
bis confertur ab episcopo facultas alta, cum dicitur, Ac-  
cipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, re-  
mittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt) vos  
nunc admoneremus, iā magno, & latiori sermone opus  
esset pro tantæ rei dignitate. Sed nos in verbis potius  
apostoli Pauli sermonē finientes, id ferme quod ille Ti-  
motheo scribēs, in singulo quoq; requirīt episcopo, nos  
ad omes & singulos iure trāferimus sacerdotes. Oportet  
igitur sacerdotem irreprehensibilem esse, sobrium,  
naturalum, prudentem, pudicum, hospitalem, doctorem, non  
violentum, non percussorem, sed modestum, non litigio-  
sum, non cupidum, sed suæ domui bene præpositum. Si  
quis autē suæ domui preeesse nescit, quomodo ecclesiæ  
dei diligētiā habebit? non neophytum ne in superbis  
am elatus, in iudicium incidat diaboli. Oportet autē &  
illum testimoniu[m] habere bonum ab his qui foris sunt,  
vt nō in opprobriū (scilicet laicorū) incidat, & in laqueū  
diaboli. Quibus salutiferis apostoli verbis, post acces-  
ptum a vobis sacrum sacerdotium, vt in omnibus rite  
conformamini, præstet ipse primus, & præcipiūs sacer-  
dotum, dominus Iesus Christus, cui cum Patre, & Spiri-  
tu sancto sit omnis honor, & gloria in sæcula sæculo-  
rum. A M E N.



Celeberrimo sacrae theologiae licenciato Iacobo  
Vimphelingio Hicrony. Gebulerius. S.D.

Orationē illam Eboracēsis Cancellarij sacris ordinib⁹  
bus iniciandoꝝ exhortatoriā, cū adiuncto epistolio tuo  
(dulcissime præceptor) nō sine maxio animi mei recrea-  
mento, crebrius pellegēdo reuolui, illic quippe, si purga-  
tas auris, & linceos adhibuerimus oculos, quales in di-  
uinorū administrationē sacramentorū (omni vel odio, fa-  
uore aut cognatione semotis) admitti expediat, exami-  
natores ipsi scitissime admonemur, discent & isti cordis  
nari cupientes, ne illoſis (ut aiunt) manibus, tam regale,  
tanq; arduū sacerdotale fastigiū aggredi p̄sumant, verū  
in clericalē venturi sorte, a pueritia totius adolescentiæ  
& iuuentutis florē, virtutibus, pbis moribus, literis ac de-  
centi corpis cultu exornēt, quo cōtinuata recte viuendi  
exercitatione, consuetudo quædā (quam habitū aiunt)  
suborta, nec virilē deserat ætatē. bonum (vates iquīt) est  
viro, si portauerit iugū dñi ab adolescentia sua, quid, pre-  
cor, aliud hoc iugo significat, quā studiosa, & exēplaris  
vita, qua scilicet ne dū homo intra se pficit, verū & px⁹  
mus edificat, quod iugum, & si primo cōgressu laborio  
sissimū sit, suavitatē nihilosecius redolet iucundissimā.  
virtute quidē nihil dulci⁹, nihil p̄ciosius, nil deniq; opta-  
bilius, hæc namq; sola diuificat, Heroas procreat, ac im⁹ Virt⁹ la-  
mortales homines reddit. Cuius dulcedinē nec pessimus  
quisq; nō appetit, nam cū omne bonū appetibile, itē vir-  
tus bonū sit, & ipsam appeti cōgruit, tale iugū quanq;  
christianos deceat oēs, clericos tñ, & sacris iniciādos ve-  
luti diuinæ sorti ascriptiōs præcipue cōcernit, Hi quis  
dem in ecclesiæ dei ministros electi, si quid pro humanę  
fragilitatis imbecillitate liberius deliquerint, graui⁹ ob-  
C ij

Habitus

Quid p.  
iugū dñi  
significat

Virt⁹ la-  
boriosa.  
Virtutis  
effectus.

Iuuenaſ. proximi scandalum peccant. Nam ut Iuuenal is cecinir,  
Ome animi vitiū tanto cōſpectu in ſe crīmē habet, quā  
to qui peccat maior habetur. In hōſce Christus Saluator  
nōſter horreando inuehiſ verbo. Melius (dicens) eſſet illi,  
ut ſuſpendereſ mola aſinaria in collū eius, & demergere  
tur in profundū maris. Quo circa ſacerdotali decuriæ aſ-  
ſribi petentes, perpetuā honeſtae cōuerſationis gerant  
cūrā, quā niſi multo ſudore, ac exercitio a iuuētute indu-  
xerint, viři raro, aut vix adiſcenſ. Horatio ſiquidē au-  
thore. Sincerū eſt niſi vas quodcunq; infundis acescit,  
epla ij.li. Et mox ſubinfert. Quo ſemel eſt imbuſa recens ſer-  
uabit odorem Testa diu. Obiſcies fortallis quoſdam  
nondū clericos, fuſſe inſolētiſſimos, verū ſacerdotali cō-  
ſcripſioſ albo, pudicitia, caſtitatis, ſobrietatis, ceterarū q;  
virtutū extiſſe obſeruātiſſimos, non diffiteor, id tamen  
haud vulgari ſancti Pneumatij opus non oībus ſperan-  
dum duxi, quo circa hallucinant, qui optimas iuuētutis,  
& aduleſcētiae ſuā horulas male collocantes, ſegnicieſ,  
gulæ, torpori, ludo, Veneri, aut ceteris mūdi vanitatib⁹,  
neglecta minerua, inſeruiētes. tandem ſpiritu, nescio quo  
impulſi, ſacris iniiciari anhelātes, quēpiam p̄ceptore mer-  
cant, cuius auſpicio in vnius, duorū aut triū menſiū ſpa-  
cio, velutī æthraeis fornacibus Cyclopū elimati, mani-  
bus dedolari, erudiri, ac expoliri poſſint. Libuit in tales  
cū Lucrecio exclamare. O ſtultas hoīm mētes, o pecto-  
ra cæca. Quare ordinādi ſepiuſ Dathan, Chōre, & Aby-  
ron interitus ſecū repetat, quod cū indigni ſacrificare p̄-  
ſumpſerint, viui absorpti ſint. Studeat p̄terea per oſtiū,  
& nō aliunde iſtud ouile ingredi, nā qui aliunde, & non  
per oſtiū intrat, fur eſt, & latro. Per oſtiū intrant, qui or-  
dinari cupiētes, nec ſuo, nec alio ſtudio, examinatores  
precibus, minis, muneriibus, aut quoq; alio pacto, mul-

terere, terrere, corrūpere, seu a recti iudicij tramite flectere  
conant. Latentia impedimenta ceu sunt natalitū, & ætatis  
defectus, membroz deformitas, lepra, Herculeus mor- Impedi-  
bus, homicidiū, infamia, coniugiū, bigamia, seruitus, &  
cætera id genus, qbus a sacris ordinibus ex canonū sta- mēta or-  
titis repellunt, non celant qui titulo sufficienti, & qui- dinum  
dem nō simoniace adepto prouisi comparent. Dīj boni,  
quanta fraus: quot dolī, quæ piuria & quot simoniaci cō-  
tractus: in hoc titulorū acupio timēdi: videant quoru-  
s interest, iudices examinis decipere potes, deū vero cor-  
da, & renes scrutantē falles nequaq;. conscientia tua mil-  
le testes, dies ac noctes te cruciabit, animū tuū veluti Tī Ticyus.  
cyanū iecur, perpetuo vulturis mortuū impenitū corrodet  
Sciscitabat Agrippina Neronis mater super prolis fato Agryp-  
Mathematicos, qui ipm aliquādo imperatur responde pina Ne-  
runt, verū cum maxio matris incōmodo. subiunxit A- ronis ma-  
ter.  
grippina, modo imperet: O stultā mulierē Horeste insa-  
niorē, quæ mori non abhorret, modo filius domine: Tī  
meo nec hodie huiusmodi deesse parentes, qui vt filios  
suos citius in sacerdotali fastigio cernant, vel superbia,  
vel avaricia ducti, quo iure, quacq; iniuria, beneficijs, nu-  
merata pecunia pēsonib; etiā sine apostolicæ sedis in Pensio-  
dulso redemptis, prouidet, defectus subiticet, ac interdū nū redēs  
debitā ætatem nō sine maxima animaq; suarū pernicie ptores.  
mentiunet. In qua re, tum ordinandi, tum examinatores  
cautius pspicere tenent. Restat & temera quorundā ob-  
seruanda stoliditas, qui Romanas vix balbutientes lite-  
ras, Grāmatices indocti, presbyteratus ordine insigniri  
presumunt, nec simplici sacerdotio contenti, etiā curatas Ecclesiā  
ecclesiās, vel populosas assumere, illas regere, cōciona-  
ti, reatus subditorū audire, sacramēta ministrare nō eru-  
bescunt. Hi cum scripturas & intelligentiā habeant nullā,

C iiiij

quo pacto inter lepram, & lepram discent, oes indi-  
sernitatim absoluunt, nihil differentiae inter reservatos  
& non reservatos casus habentes. De restitutionibus pre-  
cor a subditis consulti quod respondebunt. Hinc abominia-  
bilis animare perditio, hinc totius cleri contemptus sub-  
oritur, vniuersus quidem culpa in multis etiam innocentes diffun-  
ditur, quo circa ordinari cupientes, exhortamur, ac per  
misericordia dei nostri viscera obsecramus, nisi Gram-  
matices fundamenta perfecte iecerint, nisi scripturas so-  
brie intelligere, intellectas alijs interpretari, vita ejus sanctis  
monia pessime possint, sacris iniciari, curandarumq; anima-  
rum regimē subire contendant minime, p̄cibiebat Salo-

Quæ do-  
ctrinacu-  
ratos de-  
ceat.

Solonis  
dictum.

Adagiu.

Poetas  
nō negili-  
gendas.

Hierony-  
mi casti-  
gatio.

minius ille Solon, Cum primū dīdiceris regi, tūc regito.  
nam rector populi pri⁹ se quā populū rectificare debet,  
alioqui erit velut is, qui curuā vmbra rectificare volue-  
rit prius quā vīrga vmbra curuā faciens recta fiat. Dic  
Sodes, quo pacto alios reget, qui nihil literarū, & morū  
didicerit, & hodie literarū indoctissimus discere erubet  
scit, e pumice certo aquā, aut ab asino lanā postulabunt  
illī doctrina imbui sperates. Nemo igit̄ sacrarū literarū  
ignarus ordinari p̄sumat, sacras appello literas, quibus  
Romana ecclesia in diuinis vtitur officijs, quales sunt  
epistolæ Pauli, Euāgelia, Collectæ, Hymni, Sequentiæ  
& cetera id genus Politiorē tamen Aethnicoꝝ, & poe-  
tarū, & Historiographorū latinitatē approbo, dū modo  
illī citra sacrarū literarū intellectus contemptū incubas-  
fertur diū Hieronymū ante tribunal Christi, non quod  
Ciceronē ceterosq; legisset Aethnicoꝝ, verū quia nimirū  
quod ecclesiae debuerat distulit vapulasse. Sunt profes-  
to hec artes meretricea nimirū nō nunq; legente remo-  
rantes, & nisi sobrius lector adfuerit, plus veneni, quam  
mellis clanculū suffundunt. Quare huic toxico Sacro-

sanctū Lateranense concilii, sancti Spiritus impulsu p.  
er dubio in urbe Roma, Sanctissimo in Christo patre,  
ac dño nostro, dño Leone Papa decimo, illi præsidente  
celebratū, medicari deliberas, philosophia, ac poesi par-  
cius, & circa christianæ religionis iacturā, matutius san-  
cuiti incumbendū, cuius decreti bullæ in octava sessio-  
ne iamdudum lectæ tenore, huic nostræ subnectendum  
duximus epistolæ. Accuratius igit ordines adituri pro-  
spiciant quo competente suo cū ordini, tum sacerdotio  
doctrinā adepti, honesta cōversatione ceterisq; ad hunc  
statum necessarijs præfato sermone copiose diuulgatis  
non deficiat, ne rationē negociationis sua altissimo red-  
dituri talentū sibi creditū nullo cum fœnore afferentes  
ignominiosē ligatis manibus, & pedibus in gehenne i-  
gnis tenebras eiiciant, quod si quid incultius ex hoc no-  
stro epistolio colēdissime præceptor proditū sit tux cen-  
sure. emaculandum, & corrigendum subiicimus, Vale  
ex ædibus nostris. x. die Septembris Anno M.D.XLIV.

Poeta gentilis.  
Semper pauper eris, si pauper es Emiliane  
Nullis dantur opes nunc, nisi diuitibus.  
Alludit poeta christianus.  
Mos est prælatis, præbendas non dare gratis.  
Ast bene nūmatis, vel eorum sanguine natis.

Bulla Leonis Papæ decimi, in oœtaua Concilij  
Lateranenœ, sessione publicata.  
De animæ immortalitate.  
De studio philosophiæ, & Poeticæ moderando  
canonumq; & theologiæ præferendo.



Eo Ep̄s seruus seruor̄ dei. Ad perpetuā rei  
memoriā, sacro approbāte concilio aposto-  
lici regiminis sollicitudo nos assidue pulsat  
ut medēdis anīaq; languoribus, quoq; nos  
ex alto om̄ipotens auctor curā habere voluit, his potissi-  
mū, qui instatiū fideles nūc vrgere cernunt̄, salutifero  
olei & vini medicamine, ad instar Samaritani in Euāge-  
lio, sollicitā operā impēdīmus, ne nobis illud Hieremī  
objiciāt. Nunquid Resīna nō est in Galaad, aut Medi-  
cus nō est ibi. Cū itaq; diebus nostris (qd. dolēter referi-  
mus) zizaniæ seminator, antiquis humani gñis hostis,  
nōnullos perniciosissimos errores, a fidelibus sp̄ explo-  
sos, in agro dñi sup seminare, & augere sit ausus, de natu-  
ra p̄sertim aīe rōnalis, q; videlicet mortalis sit, aut vnicā  
in cunctis hoībus. Et nōnulli temere philosophātes,  
scdm saltē phīam verū esse assuerāt. Contra h̄mōi pe-  
stē opportuna remēdia adhibere cupiētes, hoc sacro ap̄  
probāte concilio, dānamus, & reprobamus oēs afferen-  
tes animā intellectiū mortale esse, aut vnicā in cunctis  
hoībus, aut hoc in dubiū vertentes, cū illa non solū vere  
per se, & essentialiter humani corporis forma existat, sicut  
in Canone fœlicis recordatiōis Clemētis Papæ Quinti  
p̄decessoris nostri in gñali Viennē. Concilio edito cō-  
tinet. Verū & īmortalis, & pro corpore qbus infunditur  
multitudine singulariter multiplicabilis, & multiplicata  
& multiplicāda sit, qd manifeste cōstat ex Euāgelio, cū  
dñs ait, Aīam aūt occidere nō possūt. Et alibi, Qui odit

aiam suā in hoc mūndo, in vitā æternā custoditeā. Et cū  
eterna p̄mia, & eterna supplicia, p̄ merito vītē iudicādīs  
repromittit, alīs incarnatio, & alia Christi mysteria no-  
bis minie pfuisserent, nec resurrectio expectāda foret, ac  
sc̄ti & iusti miserabiliores essent (iuxta apostolū) cūctis  
hoībus. Cunq; verū vero minie cōtradicat, oīm assertio-  
nē veritati illuminatæ fidei cōtrariam, oīno falsam esse  
diffinim⁹, & vt aliter dogmatizare nō liceat districtius  
inhibemus. Oēsq; hmōi erroris assertionibus inherētes  
velut dānatissimas hæreses seminarantes per oīa, vt dete-  
stabiles, & abominabiles hæreticos, & infideles, Catho-  
licā fidē labefactantes, vitādos, & puniēdos fore decer-  
nimus. Insup oībus, & singulis Phīs in vniuersitatibus  
studiorū generaliū, & alibi publice legentibus districte  
p̄cipiendo mādamus, vt cum Philosophorū principiis,  
aut cōclusiōes, in q̄bus a recta fide deuiare noscunt, aut  
dītoribus suis legerint, seu explicauerint, q̄le hoc de aīæ  
mortalitate, aut vnitate, & mūdi eternitate, ac alia hmōi  
teneantur eisdem veritatem religionis christianæ, omni  
conatu manifestā facere, & p̄suadēdo, p̄ posse docere, ac  
oī studio hmōi philosophorū argumēta, cū oīa solubilia  
existat, p̄ viribus excludere, atq; resoluere. Et cū nō suf-  
ficiat aliqñ tribulorū radices p̄scindere, nisi & ne iterum  
pullulent, funditus euellere, ac eorū semina, originalesq;  
causas vñ facile oriun̄ remouere. Cū p̄cipue humane  
Phīae studia diuturnis ora, quā deus (sc̄d'm verbū aposto-  
li) euacuauit, & stultā fecit, absq; diuitiē sapientiē cōdimē-  
to, & q̄ sine reuelatę veritatis lumine in errore qñq; ma-  
gis inducūt, & in veritatis elucidationē. Ad tollēdā oīm  
in p̄missis errādi occasionē, hac salutari cōstitutiōe ordi-  
namus & statuimus, ne quisq; decetero in sacrīs ordinis  
bus cōstitutus, secularis vel regularis, aut alīs ad illos a-

11

jure arctatus, in studijs generalibus, vel alibi publice audiendo Philosophiae, aut Poesis studijs ultra quinquenium post Grammaticā & Dialecticā, sine aliquo studio Theologiae, aut iuris Pontificij incumbat. Verum dicto exacto quinquennio, si etiā illis studijs insudare voluerit, liberū sit ei, dum tamē simul, aut seorsum Theologię aut sacris Canonibus operā nauauerit, ut in his sanctis, & utilibus professionibus sacerdotes domini inueniantur unde infectas Philosophiae, aut Poesis radices purgare, & sanare valeat. Et hos Canones per ordinarios locorum, ubi generalia studia vigent, & rectores Vniuersitatum eorundem studiorum singulis annis in principio studij, in virtute sanctae obediētiae publicari mandamus. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nostrā dampnationis, reprobationis, diffinitionis, inhibitionis, decreti, ordinatiōis, statuti & mandati infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attemptare presumperit, indignationē omnipotentis dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datū Rosmā in publica Sessione in Lateranē. Sacrosancta Basilica solenniter celebrata. Anno incarnationis dominicæ Millesimo quingētesimo tertiodecimo, Quartodecimo Kalen. Ianuarij, Pontificatus nostri anno primo.

P. Bembus.

D. de Comitibus.

Papa mandat, Papae obediendum est  
ex lege diuina, Christus enim dixit,  
Qui vos spernit, me spernit.

**EXAGGERATIO PRAEDICTORUM**  
Ioannis Gerson in sermone exhortato  
cibus orio ad episcopos, qui in quarta parte sub  
alphabeto Octauo reperitur.

In collatione ordinū summa deberet adhiberi cautio  
qualiter gerat. Specialiter qui, & quales assumunt ad sa  
cerdotium, quemadmodum sine utilitate, imo cum grandis ec  
clesiae dedecore multiplicantur. Ex hoc enim principiis q̄ haec  
ianua non satis obseruata est, processerunt mala in ecclesia,  
coconubinariorū, & foeneratorū clericorū, & mercatorū, &  
breui verbo hominē dissolutissimā vitam, atq̄ perditissi  
mam, plusq̄ rurales omes ducentium.

Pictoriū theatrale icon ad concubinariū non vere  
compunctū nisi scortum domo expellat.

Si tibi vis credam te poenituisse malorum,  
Prisca velim post hac crimina non iteres.

Turpe homini nimis est, ubi se fluvialibus vndis  
Lauerit, a solito nolle cauere luto.

Ad sacrī iniciandum.

Vires tuas metire. Nemo te ad arduū sacerdotiū cos  
gat. Liber es. Si gradū hunc amplecteris, coelibatū sacer  
dotibus indictū seruato. Si a carne, aut Plutone tentabe  
ris, inuoca Christū, implora matrē. Mors subeat in men  
tem, & flammæ stygii sempiternæ. Reuoluito versicu  
los ex Saphico Vumphelingi capuciati ad suum Sam  
bucellum.

Quando te carnis reprobe pruritus  
Vexat, aut noster inimicus acer  
Demon immittit cerebro furem  
Vincere tentans.

Vulnerum Christi memorare supplex  
Vírginem pulsa precibus Mariam  
Sis memor mortis, Stygiaq; flammæ

Ocia vitans;

Literas sacras lege, non Nasōnem  
Foeda qui scribunt fugito poetas,  
Nec tuis ledas studijs ephœbos

Esto sacerdos.

Guilelmus de Mara Iuris V. doctor ad Ioannē  
de Ganay magnū Franciæ Cancellariū, In  
priorem sententiam astipulatur.

Non ego magnanimos, quoq; est pars maxima, taxo.  
Sed quos in fatuos deflectit fœmina mores,  
Sæuraq; compescit seruili belua freno,  
Et qui debuerant accense lampadis instar  
Illucere alijs, præbent exempla malorum  
Coelibe quos vita, casto quos corpore semper  
Esse, animoq; decet, quos tangere fœmina nunquā  
Debuit, ecce palam sponsas ducuntq; tenentq;  
Ac tanquā lícitis pariter sibi nexibus harent.  
Scilicet hi furuos lemures, laruasq; tremiscunt,  
Atq; ideo soli noctu dormire verentur  
Qualia templa dei, quam sacra palacia cordis,  
In quibus immunde veneris simulacra locantur,  
Atq; pharetrati fugienda cupidinis arma.  
Hiccine coelicolum princeps habitabit Iesus.  
Qui sibi casta petit, pureq; nitentia templas  
O sacræ, sanctæq; manus, O regie vertex,  
Atq; insigne caput, clara redimite corona,  
Non pudet his labris olido dare suavia scorto,  
Nunc qbus ipse sacrū sumpsti cum sanguine corpus.

Nec pudet his manib[us] meretricis tangere mēbra;  
Nunc quibus ætheret regis pia membra tenebas  
Heu pietas, heu prisca fides, nihil ergo moueris  
Majestate deis' metuis nihil, & pudor ora  
Deserit; ac ceca vitiū caligine mersus,  
Non curare deum credis, nec talia nosse.

In rombr  
Matripia

Atqui forma domus spectacula quanta ministrat:  
Discurrunt tenues per mensam, & scāmna popelli,  
Melchisedech iuxta regina in sede locatur  
Ipsa iubet famulis, domino plārungz minatur,  
Qui tacet, & dicto parens taciturnus obaudit,  
Quod si bslis atrox rutilum descenderit ad cor  
In caput illius facit inflammata catillum  
Hæc si iusta foret coniunx, quis talia demens  
Tam foret, yt stomacho constanti ferre valeret:  
Sed quia legitimo non est sociata hymenæo  
Næ velit, atq[ue] alium sibi præferat illa veretur,  
Atq[ue] ideo patitur, quicquid iubet aspera funo  
Hinc constructa ruunt pario de marmore tempa  
Decrescunt censis, nec enim pia tura sacerdos  
Concremat, atq[ue] statis hymnos non concinit horis,  
Sacrificat raro, diuinum deserit usq[ue]  
Officium, expendens cunctos in pellice nūmos,  
Et domini tales patrimonia vertit in usus,  
Ac sine honore premit Christi, & sine noīe sponsam  
Cum corio nitreas vellit de corpore lanas,  
Impastiq[ue] greges incerto calle vagantur,  
Nec cibus, aut potus miseris datur, omnia nanq[ue]  
Fœda capit moenas, lataq[ue] voragine condit,  
Tunc ferus ab spredo lupus insidiatur ouilli,  
Tunc latro grassatur, tunc prædam diripit hostis,  
Atq[ue] animas demon cruciandas destinat orco,


Perfidus insulsoſ celebrat dum paſtor amoſes,  
Sed quiſ erit moduſ; iſpa equidē mors ſola dolētes  
Diuidet, ac viṭae cum triftia ſoluere fata  
Cogitur, aspectat miſeram, mens omniſ in illa eſt,  
Inceſtamq; dolet ſine paſtre relinquerre proleſ  
Illa ediueroſo moerens affatur amantem,  
Et ſperare iubet duri ſolatia morbi,  
Oſcula quaे interdum præbet, nudatq; papillas,  
Atq; voluptates animo gemebunda reducit.  
Præteritas, hi ſunt monitus, hæc verba ſalutis.  
Cunq; grauem vomit ille animā, ſtat cæreus ardens  
Illiū in manib; quēm perdiſa ſuſtiuet vxor.  
Aſt inimicus atrox operis ſpectator iniqui  
Affidet expectans morientis ut occupeſ umbram.  
Hic finis miſeris, quorum eſt ea vita peracta.


Hieronymus Gebvulerius  
ad lectorem.

Qui cupiſ ordinibus ſacriſ admittier iſto.  
Quid deceat libro candide lector habes.

Argentorati. Ex Aedibus Schurerianis  
Menge Septembri. Anno  
M. D. XLIIII.







Copyright 4/1999 Yxymaster GmbH [www.yxymaster.com](http://www.yxymaster.com)